



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Prvfening, Alias Brvfling.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

PRVFFENING, ALIAS BRVFLING.

SVpra Ratisponam ad confluentes Danubij & Navi, fundatur per sanctum Ottonem, Episcopum Bambergensem, Pomeranorum Apostolum, an. 1109. Cum verò locus ille Monast, ad Canonicos veteris Capellæ pertineret, S. Otto alterius prædij, permutatione locum illum obtinuit, eiectis deinde secularibus Canonicois, substituit Præmonstraten. an. 1122. Hic Otto Episcopus dedit castrum suum & vicum in Abach, cum pertinentiis, quæ S. Henricus antea Ecclesiæ Bambergensi dederat. Destructum est castrum per Ottonem Episcopum, ne rursus à Principibus Bauariæ occuparetur, qua re parum profecit. Nam Ludouicus Dux alia largitus prædia Cœnobio, arcem restaurauit & occupauit. Auent. in Annalib. fol. 3. 614. 660.

PRIMVS Abbas illius Monasterij S. Erchamboldus, ex Hysfaugiensi Monast. ascitus, ob. ann. 1121. sub Haréuico Episcopo Ratisponensi.

A D D I T I O N E S.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto Dei gratia Babenbergen. Ecclesiæ Episcopus octauus. Quoniam exhortationis propheticæ instructam monition. dicente: Eripite pauperem & egenum, de manu diripiente eum liberate, locum cellæ nostræ in Prvffeningen apud ripam Danubij à nobis diuina prouidentia, nouiter in honorem S. Georgij martyris Christi patroni nostri constructum pauperè proch dolor & egenum de manu diripente eum omni quo possumus studio liberare intendentes, ipsum ab omni iugo seu iure Aduocatiæ, & ab omni Aduocato perpetua concessione instituto, perpetuis temporib. liberum esse decernimus & sancimus. Vnde & præsentib. scriptis in ciuitate Dei sub obtestatione districti eius iudicij, interdici^m, præcipim^m, inhibem^m, ne alicui successorum nostrorum Episc. Regum, Principum, aut Abbatum, dicto loco aduocatum vel subaduocatum pperua concessione præficere liceat, nisi qui ad voluntatem & petitionem Abbatis, & fratrum ibidem Deo militantium, pro tempore necessarius, simplici commissione ab Episcopo Bambergens. prouideatur, sola contentus irremuneratione diuina & duobus boccis hyemalib. Præcauendum autem eidem prouisorio decernimus ne infra septa cellæ vel extra in aliquo locorum possessionum eiusdem placitum aut collectum hominum habeat, nec exactioem aliquo modo faciat, seruiicia quoque nulla requirat, nisi que fratrib. sibi ex charitate impendere placeat. Nulli grauis extra vel infra petition. aut violentia, sibi existere liceat, ordine iudiciario conquisita ad Abbatis dispenset voluntatem. Præcaueat etiam ne ipsum Abbatem aut officiales Monasterij in aliquib. iudiciis siue dispensationib. in bonis Ecclesiæ suæ coartare præsumat, nisi aliquid per eos ad ipsum deuoluatur, aut si causa vel furtum aut homicidium spectare videatur. Tunc enim de reo non de reb. se intromittere debet. Sed oia illius mobilia & imobilia Cœnobio illa se referuentur. Nulli tamen sibi nec alicui mortalium qualicumq. modo reo aut proscripto infra cellæ ambitum manum iniicere liceat, sed procuracion. fratrum ad locum securam extra septa deducatur. Hanc etiam constitutionem ab omnibus Ecclesiæ aduocatis, qui ab antiquis temporib. in bonis eiusdem à nobis vel à quocunq. alio collatæ aut in futurum Deo prouidente conferendis constituti esse videntur, inuolabiliter obseruari, Dei, & nostra decernimus autoritate, illis firmiter præcipientes, vt deputata sibi summa contenti, nullum exactiois granam, petitionem aut violentiam hominib. ipsius inferre præsumant. Ipsas etiã Aduocatas nulli aduocatorum infeodare obligare aut vedere ex integro aut p partes, omnino liceat, nisi fore ad

tē ad meliorem comūtionem fratrum consensu hoc ipsum eueniat. Alioqui non solum ex ipso facto, suo iuri renuntiasse videbitur, sed & nullum effectū ipsa præsumptio habere cognoscatur. Inhibemus etiā ne alicui Aduocatorum in bonis dicti Cœnobij, aliquo modo subaduocatum, aut aliquā aliam nociuā personā constituere aut pati liceat, sed oīa in animā suam & fidē sibi comīssa fidelitē procurare studeat. Hęc itaq; non solum de principali Monasterij prouisore instituendo, sed de oībus bonorum suorum aduocatorum, tam habit, quā habend: Ideo succinter distinximus, vt si aliquis hanc nostrę confirmationis formulā infringere aut elation: vitio aliq; præsumption. violare attēptauerit, nec etiam tertio comōnitus, à sua malitia respiscere voluerit, ex ipsa sui temeritate, omni prouisione sibi comīssa, omni iure suo se priuatū nouerit, & alium sibi ad petitionem & voluntatē fratrum, à nostris successorib. surrogandū. Quod & obseruandum Dei & foundationis nostrę autoritate irrefragabiliter sancimus. Ad maiorē etiā *Prüfering*. Ecclesię vilitatē firmiter inhibemus & præcipimus, ne aliquis successorum nostrorum Episc: aut Abbatum, de bonis illi⁹ aliquid alienare aut infeodare præsumat: nisi antiquo iure fieri hoc oporteat. quod & per manum Abbatis fiat, quo expirante in comūnes vsus fratrum transeat, nec aliqua alia dispensatio robor firmitatis habeat. Præterea statuimus & confirmam⁹ ne alicui præfati Monasterij prædia hæreditario iure possidenti, ipsa liberorum vel nepotum suorum occasione vendere aut in partes diuidere liceat, nec alium heredē in ipsis nisi de nostra aut cœnobij familia procreatum facere præsumat. Quod si quis temere præsumperit, omni iure cessante ipsius & Monasterij vilitatē decernimus transferenda. Necessarium etiā Dei & nostrę benedictione indulgendum duximus, vt Ecclesię nostrę hominib. cum Cœnobij familia mutuū habere contractū liceat, hoc tñ mediante, vt procreatio sobolū æquē diuidatur, vnica tamen Monasterium habeat. Promittim⁹ etiā & fideliter ab oībus Ecclesię nostrę Censualib. in vniuersis prædiis Monasterij constitutis obseruari volumus, vt quamdiu in eisdem de moratur bonis, tamdiu etiam debitum nobis censum ad continuanda sanctorum lumina cœnobio persoluere non obmittant, nullā à quoquā hominum super hoc penam subituri. Ordinamus etiā & firmiter statuim⁹, vt de singulis Ecclesiis parochialib. ad præfatū cœnobium spectantib. singulis añis procuratiō: sacerdotū seu ab ipsis sacerdotib. libra cerę persoluatur, aut media ad habenda lumina in obsequiis diuinis necessaria. Si quis autē sacerdotū hęc negligere præsumperit, nec admonitus respuerit, talis officio suo & beneficio se priuatū nouerit, & ad suā cōpescendam malitiā, Ecclesiam sibi collatam autoritate nostrā per Abbatē alteri cōferendā. Caueat autē Abbas vt non nisi nostrę ordinationi obedire volentib. aliquid de Ecclesiis Monasterij conferre præsumat, Præterea dilectis fratrib. nostris in *Prüfeninge* Deo seruiantib. & in perpetuum seruituris potestate cōcessimus vt de nemorib. nostris in *Schambach* videlicet & in *Nittenauve* & in *Schlüchtē* sumant sibi ligna ad omnē vsū cellę suę necessaria. Nullus vnquā nostrę cōfirmationis defensi protectiō: passuri repulsam. Itē ad maiorē in posterū recognitionē, præfenti pagina dignum inserēdum duxim⁹, q. quatuor claustris nostris, *Aspach* videlicet, *Alterspach*, *Osterhouē* & *Prüfening*. v. r. tal. & dimidiū vel æquiualentiam salis, quantum pro ipsa pecunia congruā Præposito nostro in *Halle*, in Episcopato *Salzburg* singulis añis persoluēda imperuū delegauimus. De quarū rerū distributione *Prüfeningē* Monasterio xx. solidos vel totidē carratas salis maioris ponderis deputauimus, nunquam ipsius delegationis beneficio frustrandum. Indulgem⁹ deniq; Dei benedictione & nostrę approbationis cōfirmation. vt si quis Ecclesię nostrę ministerialiū ac mancipiorum, diuino afflatus instinctu, renunciaturus sæculo, in sæpedito Mona-


sterio conuersari aut eidem de reb. suis mobilib. aut inmobilib. aliquid conferre voluerit, hoc illi absq; omni sui præiudicio liceat & offensa. Præterea si quis de bonis Ecclesiæ nostræ habens feudum, & hoc ipsum cœnobio pro sui memoria conferre, aut aliqua ex necessitate vendere contigerit, si hoc Deo auertente, aliquis successorū nostrorum Episcoporum inhibere attemptauerit, talis ad principale cœnobij altare auctoritate nostræ confirmationis, nec non Pontificum, Rom. & Regum foundationem nostram suis priuilegiis corroborantium proposito suo qualicumque, præsentib. idoneis testib. satisfactorius, fiducialiter accedat, nulla omnino sui iuris perterritus laesione. Hæc de omnib. indifferenter personis, Ecclesiæ nostræ feudali iure attinentib. cuiuscūq; sint potestatis, cuiuscūq; ditionis, dispensando decernim⁹. Cū igitur omnia hæc præmissa, nec non & alia plerisq; scriptis confirmata, ad prouisionē *Prüfeningē*: Monast. non alicui⁹ motu leuitatis aut arrogancia elationis, sed solo æternæ remunerationis respectu, paterne requie ac salute viuorum & mortuorum omnium nobis commissōrum, cōmuni accedente consilio & consensu omnium fratrum nostrorum canonicorū ac ministerialium nostrorum, ordinauerimus, delegauerimus, confirmauerimus, nos atque personam Ecclesiasticam vel sæcularem, diuitem & pauperem, sublimem & humilem, huic nostræ ordinationi, delegationi, confirmationi contrariam verbo aut opere, occultè aut manifestè. nisi citius cognita nostra constitutione resipuerit in verbo Dñi, auctoritate *B. Petri & Pauli* Apostolorum & eorum successorum licentia & potestate Dñi PP. nec non auctoritate nobis coelicus commissa, & omnium Christi Sacerdotum vinculo inodamus anathematis æternis supplicis pro sui temeritate puniendam. Ne itaque nostris ordinationib. seu delegationib. præsentib. scriptis confirmatis aliquo modo, aliquo casu à quoquam mortalium reluctetur, omninò hanc inde chartam conscribi & sigilli nostri impressione roborari fecimus, testib. qui presentes aderant subscrip-
tis: *Eberhardus* Præpos. *Engelbertus* Decanus. *Conradus* Custos, *Titto* Scholasticus, *Timo* Præpos. *Anselmus* Præpos. *Vdalricus*, *Volmarus*, *Hermannus*, *Leupoldus*, *Mihardus* Canō. *Starcher* de *Miurrindorf*. *Rudolfus* de *Csterbouen*, *Conr* *Camerarius* & alij.

Actum *Babenbergk*. anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXIII. Indictione prima mense Febr. XVI. Kln. Martij Luna XIV. febr. III. regnante *Heinrico* Imp. IV. an. Pontificatus III. & XXII.

Innocentius Ep̄s seruus seruorum Dei, dilecto filio *Herboni* Abbati Monasterij *S. Georgij* de *Prüfeningen*. quod inter *Ratisponam* & *Danubium* situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Officij nostri nos hortatur autoritas religiosas personas ac loca eorum regimini commissa diligere atq; ipsorum quieti & utilitati, auxiliante Dño salubriter providere, dignum namq; & honestati conueniēs esse cognoscitur, vt qui ad Ecclesiarum regimen. assumpti sumus, eas à prauorum hominū nequitia tueamur, & *B. Petri* ac sanctæ *Romane* Ecclesiæ patrocinio muniamus. Ideoq; dilecte in Dño fili *Herbo* Abbas, tuis iustis postulationib. clementer annuimus, & *B. Georgij* Monasterium cui auctore Dño præcesse dignosceris, apostolicæ sedis priuilegio decoram⁹. Statuim⁹ enī vt quascunq; possessiones, q̄cunq; bona idē Monasteriū in presentiarū iuste & legitime possidet, tibi tuisq; successorib. & p vos iam dicto cœnobio huius scripti pagina confirmamus. Porro decimam à venerabili fratre nostro *Ottone Babenbergē*. Episcopo vobis concessam quam ab *Hertvico Ratis*. Episcopo per gratum cambiū obrinuisse cognoscitis, vobis prætenti scripto firmam⁹. Cellā etiā *Aspach* dictā, quam idē Ep̄s suis laborib. ac studio acquisitam diuini amoris intuitu eidē loco contulit, à nullo vnquā hominū alienari vel aliquo modo auferri sancim⁹. Decernim⁹ etiā vt ordo monastic⁹ qui in eodem cœnobio à præcis tēporib. nosci-

noscitur institutus perpetuis temporibus ibi integer conseruetur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & beati *Benedicti* regulam elegerint. De laboribus quoq; vestris tam infra quam extra septa monasterij quos propriis sumptibus excolitis decimas à vobis nemo exigere præsumat. Interdicimus etiam, vt nullus Episcopus qui in *Babenbergen*. Ecclesia pro tẽpore fuerit, vel aliquis alius occasione alicuius rei vel aduocatiæ idem cœnobium aliquibus exactiõibus grauari, vel eius possessiones à prædicto Episcopo vobis collatas, vel vñdecunq; acquisitas seu oblatas, alicui in beneficium dare, vel fratrũ visibus subtrahere præsumat. Quæcunq; præterea bona idem monasterium concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Deo in futurum poterit adipisci, firma vobis & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit, idem cœnobium temere perturbare aue eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia intègre conseruentur, tam vestris quam fratrum vestrorum ac pauperum visibus profutura. Si qua igitur in posterum Ecclesiastica secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens cõtra eam temere venire temptauerit, secundo tertioq; commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ vlcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Collation. Io.



Ego *Innocentius* Catholice Ecclesie Episcopus ff.
 Ego *Guilelmus* Prenestinus Episcopus ff.
 Ego *Theoderwinus* S. Rufinae Episcopus ff.
 Ego *Gregorius* Dyac. Card. sancti *Georgij & Bathi* ff.
 Ego *Grvido* Dyac. Card. S. *Adriani* ff.
 Ego *Boecius* Dyac. Card. Sanctorum *Viti & Modesti* ff.
 Ego *Anselmus* presbyter Card. ff.
 Ego *Lavifredus* presbyter Card. tit. *Vescinae* ff.
 Ego *Lucas* presbyter Card. tit. sanctorum *Iohannis & Pauli* ff.
 Ego *Grisogonus* Dyac. Card. Sanctæ *Mariae* in porticu.
 Data *Pisis* per manus *Americi* Sanctæ *Romanae* Ecclesie Diacon. Card. & Cancell.
 XI. Kal. Nouemb. Indict. XIV. Incarnation. Dominicæ Anno M. C. XXXVI,
 Pontificatus vero Domini *Innocentij* PP. II. An. VII.

IN

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS, *Otto*
 Babenbergensis Dei gratia octauus Episcopus. Quoties in spem retributionis
 diuine animū intendemus in omne opus bonum paratas & promptas deuote
 intentionis manus extendimus, vt quia Dei operarij sumus à vinea domini fo-
 ris otiosi non stemus, vt autem ex ea perfecti laboris denarium reportemus si
 qua forte quę ad decorem domus Dei vel ad vtilitatem Deo famulantium con-
 ducant, egerimus, vt quæta in posterum & rata permaneant procurare debe-
 mus. Quapropter notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus tam futuris
 quam presentibus qualiter nos domino cooperante in idipsum inter *Ratisponā*
 & *Danubium* locum, cui *Prüfening* nomen est inditum, in saluationem animarum
 prouidimus eligendum. In quo loco quidam nomine *Raoco*, olim prædium pos-
 sedit ad Ecclesiam quæ vetus Capella dicitur, pertinens, quod hoc modo com-
 municauimus. Sex mansos, iuxta *Ambergk* per nos acquisitos, per manum *Meri-*
botonis liberi hominis prædictæ Ecclesiæ donauimus & à manu *Adelberti* de *Win-*
deberge eiusdem Ecclesiæ Aduocati supradictum allodium accepimus. Sed cum
 in eadem possessione magnam contradictionem à *Friderico Heinrici* filio de *Bur-*
getore haberemus, datis ei octoginta libris argenti, omnem contentionem eius
 dissoluimus. Construximus igitur ibidem in honorem Dei omnipotentis & S.
Georgij martyris Monasterium Monachorum secundum regulam S. *Benedicti*
 degentium in perpetuum propter vitam æternam fauente misericordia Dei in-
 ibi futurorum. Vt autem id firmiter & stabiliter esse posset, placuit nobis eandem
 cellam beato *Petro* & *Babenbergensi* Ecclesiæ mancipare, ea intentione. & patron.
 vt sub tantæ Ecclesiæ Mundiburdio & defensione, ab omni aduersariorum in-
 iusta læsione protegi possit ac defendi, & reuera prudenti consilio id fecimus.
 Primum propter vitam æternæ spem, ob remissionem peccatorum, ob salutem
 corporum & sempiternam requiem animarum, ob quotidianam memoriam
 nostri, & nostrorum omnium parentum & propinquorum, simulque vniuer-
 sorum ad curam nostram pertinentium, ob memoriam quoque Regum, Epi-
 scoporum ac Principum omnium prædictæ cellæ statum & honorem diligen-
 tium & defendentium, atque omnium Christi fidelium, ac præterea vt cunctis
 Christi pauperibus, prout posse suberit, beneficium illuc patefiat receptacu-
 lum. Notificamus igitur cunctis Christi fidelibus, quod eidem monasterio de-
 legauimus *Bebenbach*, *Münnebach*, *Sitenloch*, *Malistorff*: quę *Otto* ministerialis noster
 in beneficium habuit, donec ea sponte cum ipso tæculo dereliquit, quibusque
 per concambium datis, cellam nostram *Aspach*, à præfato Cœnobio nobis mu-
 tuare complacuit. Cætera etiam loca, quę per manus aduocatorum eidem lo-
 co contulimus, & seruis Christi ibidem degentibus in victum & vestitum con-
 cessimus, *Hemensgile*, *Wittonreit*, *Sigisfridereit*, *Vnderloch*, *Erlebach*, *Bruneshoue*,
Charlmansfelde, *Schiffloch* *Pernreit*, *Rindhardefreut*, *Diezenreutt*, *Kdermesfreut*, *Chelier-*
reit, *Dürrensasse*, *Rechart*, *Iderne*, *Diepirgereit* cum suis appëdiciis, *Irmenreit*, *Gum-*
prechtfreut, *Mingoliseut*, *Hildepränderreit*, *Pagmesfreut*, *Pfassenreit*, *Oberhatzreit*, *De-*
dalichreit, *Gottepoldesfreut*, *Neuvenkircken*, *Wirndesfreut*, *Pernreit*, *Fridrichesfreut*, *Vro-*
narwe, *Crodental*, *Teusmreit*, *Iezenreit*, *Conradfreut*, *Ioueransdorf*, *Gotepoleisfreut*, de *Mo-*
genspach, *Coerwinefreutt*, de *Rode*, *Raumesfreutt*, *Stoke*, *Grafölsinge*, *Oberdorff*, cum totali
 monte & valle, & omnia illic culta & inculta ad nos peruenientia. *Lengelselt* cum
 sylua. Ne igitur de hys prænominatis prædiis *Oberdorf* videlicet & *Ackebach* &
Lengelselt, & de suis pertinentiis, aliqua in posterum fraudis surrepat pestilentia,
 propterea quia de hiis *Fridericus* de *Betendorff* in beneficatus à nobis fuerat,
 expressius de ipsis cunctis innotescere decreuimus, quia ea quę ad Ecclesiam
 nostram prædicto *Friderico*, absque filiis hæredibus mortuo, iure & libere transi-
 bant,

hant, vel ea quæ ab ipso de eodem beneficio aliis in beneficium hæreditarie cõf-
ferunt, hæc omnia Ecclesiæ S. *Georgij* in *Prüfening* in dotem & vtilitatē ibi Deo fa-
mulantiũ, cum cõsilio & assensu Canonicoꝝ & ministerialium nostrorũ libera
manu in perpetuũ inibi cõdonauimus permanenda. Hanc tamē discretionis in-
terponentes obseruationē, scilicet q̄ ea q̄ mors de propria manu *Fridericij* rapi-
endo, Ecclesiæ nostræ reddidit, *Prüfeningz*. fratrib⁹ in prouentũ victus & vestie⁹
incunctanter Deo auctore succedant. Similiter & de his q̄ aliis in beneficiũ per
manũ *Fridericij* cesserunt, Pontificali nostra decernim⁹ fieri cõfirmationē, si tamē
nulla heredum ipsis morientibus superest posteritas. Si autem aliquis de præ-
memoratis redditibus in beneficiatus, habens filiũ, & ipsum eo vivente benefi-
ciũ suum hereditari voluerit, per manũ *Prüfeningen*. Abbas illud fieri habeat,
nec vlli successorum nostrorum hoc facere aut sibi vindicare, Deo prohibente
liceat. Simili modo defunctis patrib. omnes heredes sua beneficia à *Prüfeningen-
si* Abbate accipiant. Si autem quandoq; omnis heredum expirauerit successio
mortalium, quod misericordie Dei prouidentia fieri nõ ambigimus, prætitulata
prædia vlli cuiq; nec *Babenbergen*. Episcoporum nec *Prüfeningen*. Abbatũ ab Ec-
clesia Christi in *Prüfeninge* aliqua obligatione liceat alienare. Præterea sæpe iam
dictæ Ecclesiæ contulimus apud *Schambach* mansf. I. In *Chochenthal* quatuor
mansf. *Bucheliten* apud *Stadilia* II. & dimidium. *Hembure* apud *Clingen* II. mansf. &
dimidium in *Winden vvinckel* III. mansf. Apud *Schachn*. III. mansf. & dimidium
apud *Schönberg* III. mansf. & dimidium apud *Armst*. III. mansf. iuxta fontem XII.
mansf. In *Neunkirchen* mansf. I. In *Moseheim*. II. mansf. apud *Süssenbergk* mansf. I. In
Sneithübel & in *Stocke* quatuor mansf. In *Grul* mansf. I. In *Wolmutesforff* quatuor
mansf. In *Wagensazze* II. mansf. In *Waltenbouen* I. mansf. In *Otteretshouc* nec non
in *Dietfurt* I. mansf. In *Armensfelde* vnum mansf. Ecclesiã in *Choss. Rochreut* cum
tribus mansf. Item ibidem mansf. I. prædium quoq; *Lobesingen*, quod à quadam
matrona datũ, p̄ concambiũ in *Wissennacha* decimatione accepimus. Aliud etiã
prædiũ in augia *Rathardi* q̄, itē à fratrib⁹ S. *Michaelis* per concambiũ sumpsimus
datis eis duobus regalib. mansf. in *Wazungau* iuxta *Schmidhouen*. Præterea quo-
que p̄ factæ Ecclesiæ mancipiorũ vtriusq; sexus donationem in diuersis locis desi-
gnauimus, quib. & aliis q̄ ipsũ Cœnobiũ Deo donante à quoquã mortaliũ iuste
in futurũ adipisci poterit iure & liberaliter *Babenbergen*. ministerialiũ in virtute
Dei perfrui cõferimus, nihilomin⁹ hoc inter ipsa mancipia, & nostros homines
fieri decernentes, vt quib⁹ vtrinq; & in vtroq; sexu legitime contrahere placeat,
hoc illis omni iure sub saluo Dei & nostra nostrumq; successorũ indulgentia li-
ceat sane & hoc perhentiter fieri statuim⁹, vt pro creatio sobolũ vtriusq; Ecclesiæ
hominũ tali modo inter se diuidi habeat, vt videl. *Babenbergen*. Ecclesia fẽminas
teneat, *Prüfeningen*. vero Ecclesia mares possideat, hæc inq̄ cũ omnib. aliis q̄ eidẽ
Ecclesiæ vel monasterio fidelium nostrorum omnium Canonicoꝝ & ministe-
rialium, q̄ *Babenbergen*. Ecclesiæ cõsilio & collaudatione contulim⁹ p̄senti nostre
auctoritatis pag. confirmamus, atq; omnib. ibidẽ in nomine Domini cõgrega-
tis perpetuis tẽporibus quietã & integra permanere decernim⁹. Igitur inuocata
omnipotentissima diuinæ maiestatis p̄sẽntia & illius tremendi examinis ter-
ribili sententia, obtestata omnium bonorum fide, omnium prophanorum in-
geniosa machinatione improbata, dictante quoq; nostro Pontificali decreto, sic
loc⁹ ipse cum suis institutis diuinæ legis & religionis suæ proposito seu omnibus
eodẽ p̄tinentib. q̄buscunq; collatis seu cõferendis p̄petua stabilitate munit⁹ in-
uiolata pace quiet⁹ Deo liber & in sua semp̄ tranquillitate securus, ne qua pote-
stas siue p̄uersa cuiusdã voluntas domum seruosq; Dei quolibet modo iniuria-
re p̄sumat, sicut ab initio nostro interuẽtu apostol. & regia auctoritate sãcitu est.

Si quis

Si quis igitur in crastinum ecclesiæ ipsius inuasor extiterit, siue huius testamenti decreta traditionesque infringere vel annullare temptauerit, si non resipuerit deleatur de libro uiuentium & cum iustis non scribatur. Sed cum iis portionem accipiat quorum uermis non moritur nec ignis extinguitur. Qui uero pius adiutor esse elegerit, in sorte electorum hæres Dei & cohæres Christi in die domini inter benedictos ueniat coronandus. Amen. Huius rei testes sunt. *Hermannus* Abbas sancti *Michaelis*, *Eberhard* Præpositus, *Engelbertus* Decanus, *Conradus* Custos, *Tito* Scholasticus, *Timo* Præpositus, *Rudzelinus* Præpositus, *Dedalicus*, *Volmarus*, *Hermannus*, *Leopoldus*, *Meinhardus* & ceteri fratres cum aliis plurimis testibus. Et ego *Eberhardus* Notar. recognoui & s. feliciter Amen.

Actum *Bamberck* Anno Domini M. C. XXXVIII. Indiction, prima, tertia Idus Decem. Anno *Conradi* Regis tertij primo, Anno uero ordinis Domini *Ottonis Babenberg.* Episcopi octauj XXXII.

INNOCENTIVS SERVVS SERVORVM DEI. Dilecto filio *Erboni Bruseningen.* Monasterij Abbati eiusq; successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Sicut iniusta postcentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Proinde dilecte in Domino fili *Erb*o Abbas, tuis petitionibus clementer auiumus & *Bruseningen.* Monasterium cui Deo auctore præesse dinoscere, sub apostolicæ sedis tutela suscepimus & præsentis scripti pagina communimus, statuen. ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum iuste & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda uocabulis, uidelicet villas seu possessiones, quas uenerabilis frater noster *Otto Bamberg.* Episcopus eidem monasterio contulit. *Gebernbach*, *Munnebach*, *Malstorf*, *Stainloch*, *Ahebach*, *Oberdorff*, *Grassolting*, *Hemburg*, *Neunkirchen*, *Dietpurgereut*, *Wittenreut* cum suis pertinentiis. Prohibemus insuper ne præfatas res eidem monasterio iam collatas, vel in antea conferendas prædicto Episcopo vel alicui successorum suorum distrahere vel minuere liceat. Decernimus autem ut quia communem vitam ducentes de aliorum elemosinis & beneficentia debent uiuere, de laboribus quos propriis sumptibus colligitis à uobis decimas exigere vel recipere nemo præsumat. Sancimus etiam ut ordo monasticus qui secundum beati *Benedicti* regulam & studium uestrum in eo monasterio noscitur institutus futuris temporibus ibidem perpetuo conseruetur. Statuimus insuper ut nemini fratrum uestrorum post factam in eodem monasterio professionem absque licentia Prælati sui ad alium locum liceat transmigrare. Nulli ergo hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel aliquibus molestiis fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque à sacratissimo corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat. Conseruantes autem hæc omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apostolorum eius gratiam consequantur Amen.

Collationat.

Ego



BE

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus ff.
 Ego Georgius Diac. Card. Sancti Georgij & Bachij ff.
 Ego Petrus Card. presbyter Sanctae Susanna ff.
 Ego Gerardus presbyter Card. tit. S. Crucis in Hierusalem ff.
 Ego Lucas presbyter Card. tit. Sanctorum Ioh. & Pauli ff.
 Ego Vast. Diac. Card. S. Eustachij iuxta templum Agrippae ff.

Datum Laterani per manum Aimerici Diac. & Cancellarij, III. Idus Aprilis Indict. II. Dominicae incarnationis Anno M. C. XXXIX. Pontificatus vero Domini Innocentij PP. Anno Decimo.

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Erboni Abbati Monasterij beati Georgij, Prifeningen. eiusque successoribus regulariter promouendis in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitime desiderantium non est differenda petitio. Quapropter dilecte in Domino fili Erbo Abbas, tuis iustis petitionibus clementer annuimus & Prifeningen. beati Georgij monasterium cui auctore Domino praesse dignosceris sub Apostolicae sedis tutelam protectionemque suscipimus & praesentis scripti patrocinio communimus. Statuen. ut quaecumq; bona, quaecumq; possessiones à fratre nostro bonae memoriae Ottone Babenbergen. Episcopo & Engelberto successore eius assensu fratrum suorum iuste & canonicè vestro monasterio sunt oblata aut imposterum ab eorum successoribus siue ab aliis Dei fidelibus simili modo seu concessione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium. aut aliis etiam rationalibus modis; Deo propitio eidem loco conferri contigerit, firma tibi tuisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus haec visa sunt propriis annotanda vocabulis, Ecclesiam Schambach, Hemauc cum suis appendiciis, Gebenpach cum suis appendiciis, Oberdorff Ecclesiam, Neunkirchen, Irenreut, Abach, Dietpirgerreut cum appendiciis suis. Adiucimus etiam, ut in ecclesiis quae in fundo vestri monasterij sunt, vobis liceat honestos eligere sacerdotes, qui nimirum per vos Episcopo praesententur, atq; si idonei fuerint, ab eodem Episcopo curam animarum accipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Prohibemus insuper ut excepto Romano Pontifice eiusve legato nulla licentia pateat in vestro monasterio interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis & interdictis clausis januis liceat vobis voce submissa officia celebrare. Veruntamen si Episcopus vester consilio & sententia religiosorum virorum aliquid horum esse decreuerit id ipsum exercendi nihilominus facultatem obtineat. Praeterea de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis à vobis exigi decimas auctoritate apostolica interdiciamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit praefatum monasterium vestrum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet mole-

molestiis fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt omnimodis vsibus profutura. Si quai-
gitur impofterum Ecclesiastica sæcularisue persona contra hanc paginam no-
stre constitutionis sciens venire tentauerit, si secundo terrioue commonita rea-
tum suum non congrua satisfactione correxerit potestatis honorisq; sui digni-
tate careat, reamque se diuino iudicio existeri de perpetrata iniquitate cogno-
scat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi lie-
na fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem ei-
dem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi. Quatenus &
hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem, præmia æ-
ternæ pacis inueniant. Amen.



BT
EN

Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ff.

Ego *Conr. Sabinen.* Episcopus ff.

Ego *Anselmus* presbyter Card. tit. S. *Laurentij in Lucina* ff.

Ego *Lucas* presbyter Card. Sanctorum *Ioh. & Pauli* ff.

Ego *Petrus Castellanus* Episcopus ff.

Ego *Vast.* Dyac. Card. Sancti *Eustachij* iuxta templum *Agrippæ.*

Datum *Laterani* per manum *Aimerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dyaconi Card.
& Cancellarij XIII. Kal. Nouemb. In Dominica tertia. Anno Dominicæ Incar-
nationis M. C. XXXIX. Pontificatus vero Domini *Innocentij* PP. Secundi
Anno Decimo,

EVGENIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Erboni* Abbati
Monasterij S. *Georgij Brufenningen.* eiusque f. aatribus tam præsentibus quam
futuris regularem vitam professis in perpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ
cura nobis à prouisore omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas dili-
gamus personas & beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus
propagare. Nec enim ideo gratus aliquando famulatus impenditur nisi ex cha-
ritatis radice procedens à prauitate fuerit conseruatus. Oportet ergo omnes
Christianæ fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia cum ipsis per-
sonis diuino officio mancipatos attentius conseruare, vt nullis prauorum ho-
minum agitentur molestiis vel importunis anargiis fatigentur. Huius rei gratia
dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuim⁹ præfa-
tum beati *Georgij Brufenningen.* monasterium in quo diuino mancipati estis ob-
sequio, sub beati *Petri* & nostra protectione & præsentis scripti priuilegio com-
munimus. Statuentes vt quæcunque loca, quascunque possessiones ab *Ottone*
bonæ memoriæ *Babenbergen.* Episcopo & *Engilberto* successore eius, & Canonicæ
vestro monasterio sunt oblata, aut impofterum ab eorum successoribus siue ab
aliis Dei fidelibus simili modo seu concessione Pontificum, liberalitate regum,
largitione principum, oblatione fidelium, aut etiam rationalibus aliis modis
præ-

præstante Domino eidem loco conferri contigerit, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam *Schambach, Hemburch* cum appendiciis, *Gebenpach* cum appendiciis, *Oberdorf* cum vineis adiacentibus, Ecclesiam *Neunkirchen, Irenreut, Dietpürgreut* cum appendiciis suis, *Arve, Achebach, Buche, Bruckedorf*. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus & sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino à vobis decimas exigere præsumat. Adiciamus etiam ut in ecclesiis quæ in fundo monasterij vestri sunt, liceat vobis honestos eligere sacerdotes qui nimirum per vos Episcopo præsententur atque si idonei fuerint ab eodem Episcopo curam animarum suscipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis & interdictis, clausis januis liceat vobis submissa voce diuina officia celebrare. Sepulturam quoque eiusdem monasterij liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat, salua iustitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, imminuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura: salua sedis apostolicæ auctoritate & diocæsani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona huius nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertio de commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.



Ego *Eugenius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ff.
 Ego *Theoderovicus* S. *Ruffine* Episcopus ff.
 Ego *Gregorius* presbyter Card. tit. S. *Calisti* ff.
 Ego *Wido* presbyter Card. tit. S. *Grigori* ff.
 Ego *Vribaldus* presbyter Card. Sanctorum *Ioh. & Pauli* ff.
 Ego *Aribuntus* presbyter Card. S. *Anastasia* ff.
 Ego *Iulius* presbyter Card. tit. S. *Marcelli* ff.
 Ego *Ymarus Tusculanus* Episcopus ff.

Metrop. Saueb Tom. III.

m

Ego

Ego *Odolo* Diacon. Card. tit. *S. Georgij* ad velum aureum ff.

Ego *Gvvido* in Romana Ecclesia altaris minister ff.

Ego *Iohann.* Diacon. Card. B. *Mariae nouae* ff.

Ego *Gvvido* Diacon. Card. *S. Mariae* in porticu ff.

Datum *Viterbi* per manum *Gvvidonis* S. Romanæ Ecclesiæ Diacon. Card. Cancellarij X. Kal. Ian. Indiæ. X. Incarnationis Dominicæ A. M. C. XLVI. Pontificatus verò domini *Eugenij* III. PP. anno secundo.

ADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei. Dilectis filiis *Erboni* Abbati Monasterij *S. Georgij Priefening.* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouidore omnium bonorum Deo commissa est vt religiosas diligamus personas & beneplacentē Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur nisi ex charitatis radice procedens à puritate religionis fuerit conferuatus. Oportet igitur omnes Christianæ fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia cum ipsis personis diuino seruitio mancipatis attentius conseruare, vt nullis prauorum hominum agentur molestiis vel importunis angariis fatigentur. Huius rei gratia dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum beati *Georgij Priefening.* Monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri sanctæ recordationis Papæ sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes, vt quæcunque bona quæcunque possessiones ab *Ottone* bonæ memoriæ *Babenbergen.* Episcopo *Egilberto* & *Eberhardo* eius successoribus iuste & canonicè vestro monasterio sunt oblata, & impofterum ab eorum successoribus siue ab alijs Dei fidelibus simili modo seu concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione principum, oblatione fidelium, aut etiam alijs rationabilibus modis præstante Domino eidem loco conferre contigerit, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Sane huiusmodi vestrorum quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus à vobis decimas præsumat exigere. Adiciamus etiam vt in ecclesijs vel Capellis quæ in fundo monasterij vestri sunt liceat vobis honestos eligere sacerdotes, qui nimirum per vos Episcopo præsententur atque si idonei fuerint ab eodem Episcopo curam animarum suscipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis & interdictis clausis januis liceat vobis submissa voce diuina officia celebrare, Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint nisi forè excommunicati vel interdicti sint nullus obstat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum de quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat supradictum monasterium, temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel oblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed illibata omnia & integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ auctoritate & Dyocæsani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica seculariue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque communita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis hono-

hono-

honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.



Ego *Adrianus* Catholicae Ecclesiae Episcopus ff.

Datum *Laterani* per manum *Rolandi* S. Ecclesiae Romanae presbyteri Card. & Cancellarij, Kal. April. Indi. VII. Incarnation. Dominicae An. M. C. LVIX. Pontificatus vero Domini, *Adriani* Papae quarti, anno quinto.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei. Dilectis Abbati Monasterij *S. Georgij in Pruseningen*. eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse praesidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurfus aut eos à proposito reuocet aut robur, quod absit sacrae religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium *S. Georgij in Prusening Ratisb. Dyoces.* in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti priuilegio comunimus. In primis siquidem statuente ut ordo monasticus qui secundum Deum & beati *Benedicti* regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus obseruetur. Praeterea quascunque possessiones quaecunque bona idem Monasterium in praesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo praefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, villam quae *Prusening* vulgariter appellatur cum terris, possessionibus & omnibus pertinentiis suis, nec non & iurisdictionem temporalem quam habet ibidem de *Hembavv*, de *Schambach*, de *Tewrling*, de *Gebenbach*, de *Sintzing*, de *Lengueld*, de *Neuvnkirchen*, de *Winckling*, ecclesias cum decimis, terris, possessionibus & pertinentiis earundem, domas & areas quas habetis in ciuitate *Ratisbon.* & in oppido *Amberk* de *Oberndorf*, de *Grassölsing*, de *Mâtring*, de *Schvvanfels*, de *Gebenpach*, de *Poppenreut*, de *Munnebach*, de *Seitenloch*, de *Mallistorf*, de *Gottreut*, de *Schöfloch*, de *Sigel*, de *Seufritreut*, de *Wilhenreut*, de *Vnderloch*, de *Chunreut*, de *Pranshoue*, de *Karmanfelden*, de *Altenreut*, de *Waltenhoue*, de *Claidorff*, de *Hembavv*, de *Neunkirchen*, de *Prucke*, de *Pirgerent*, villas cum terris cultis & incultis, possessionibus vineis & molendinis, pratis, nemoribus, pascuis & omnibus pertinentiis earundem, de *Kunigsvvissen*, de *Teyging*, de *Musse*, de *Pruckdorff*, de *Avv* de *Puch*, de *Erling*, de *Gemund*, de *Hellenzhouen*, de *Hagenpuch*, de *Aholfsing*, de *Teuffenprunn*,

prunn, de Weling, de Püring, de Andorff, de Gussenpach, de Manichouen, de Tumping, de Otting. Cutes cum terris, possessionibus, & omnibus pertinentiis eandem, terras quoque & possessiones quas habetis in locis quæ, *Tumckeï, Grafchafft, Rechart, & Tangrintele* vulgariter nuncupatur, etiam alias terras, possessiones, redditus & quidquid Iuris Monasterium vestrum in *Ratisbon. & Eysleten. Dyocel.* noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagiis & pastuis, in bosco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum quæ propriis manibus & sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de animalium vestrorum nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è sæculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post præfatam in monasterio vestro professionem, fas sit sine Abbatis sui licentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentē vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis submissa voce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, seu ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit & vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper vt infra fines parochiæ vestræ si eam habetis nullus sine assensu Diocesani Episcopi & vestro Capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc nonas & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusue personis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus vt eorum deuotionis & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut etiam publicè vsurarij, nullus obstat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones, ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes quæ à laicis detinentur redimendi vel legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris, secundum Deum, & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ praua impostorum sollicitudine prouidere volentes auctoritate apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu futurum facere, ignem apponere, sanguinē fundere, hominē temere capere vel interficere seu violentiā audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus monasterio vestro cōcessas, nec non libertates & exceptiones seculariū exactionū à Regib. & Principib. vel aliis fidelib. rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica cōfirmamus & præsentis scripti priuilegio cōmunim⁹. Decernim⁹ ergò, vt nulli omnino hominū liceat præfatū monasteriū temerè perturbare, aut ei⁹ possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationib. fatigare. Sed omnia integra cōseruetur eorū pro quorū gubernatione ac susten-

ac sustentatione concessa, sunt vsibus omnimodis profutura. Salue se-
dis apostolicæ auctoritate & Diocesanorum Episcoporum canonica iusticia,
& in prædictis decimis moderatione concilij generalis. Si qua igitur in futurum
Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens
contra eam venire temptauerit, secundò tertioe cõmonita, nisi reatum suum
congrua satisfactiõne correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate,
reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacra-
tissimo corpore & sanguine Dei redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, at-
que in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem locò
sua jura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum
benedictionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis in-
ueniant.



Ego *Nicolaus* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ff.
Ego frater *Latinus* *Osien* & *Velletren*. Episcopus ff.
Ego *Gerardus* *Sabien*. Episcopus ff.
Ego *Bernhardus* *Portuen*. & sanctæ *Ruffina* Episcopus.
Ego *Bernhardus* *Peyelgrinus* Episcopus.
Ego frater *Hugo* tit. Sanctæ *Sabinae* presbyter Card. ff.
Ego *Matthaus* *S. Mariae* in porticu Diac. Card. ff.
Ego *Benedictus* *S. Nicolai* in carcere *Tullian*. Diac. Card. ff.
Ego *Neapoleo* *S. Adriani* Diac. Card. ff.
Ego *Petrus* *S. Eustachij*. Diac. Card. ff.

Datum *Reate* per manum Magistri *Iohannis* Decani *Baiocen*. Sanctæ *Romanæ*
Ecclesiæ Vicecancellarij. Kal. Iulij. Indictione secunda. Incarnation. Domi-
nicæ Anno M. CC. LXXXIX. Pontificatus vero Domini *Nicolai* Papæ quinti
Anno secundo.

BONIFACIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei. Dilectis
filij Abbati & Conuentui Monasterij in *Pruseningen*. Ordinis *S. Benedicti* *Ra-*
tisbonen. Diocesis. Salutem & apostolicam benedictionem. Sacræ religionis
sub qua deuotum & sedulum exhibetis altissimo famulatum promeretur ho-
nestas vt votis vestris illis præsertim per quæ dicti Monasterij vtilitas procu-
ratur fauorabiliter annuamus, Sane petitio pro parte vestra nobis nuper ex-
hibita continebat, quod olim in *Hembarr* & in *Gebenpach* ac in *Neun-*
kirchen, & in *Theurling*, nec non in *Schambach* dictæ diocesis proles eccle-
siæ, ex certis rationabilibus causis & potissimè ex reuelatione onerum
vobis & dicto monasterio incumbentium eidem monasterio auctoritate apo-
stolica imperpetuum vnitæ annexæ & incorporatæ, ac in eis singulæ per-
petuæ vicariæ institutæ canonicè extiterunt pro perpetuis vicariis pro tem-
pore

pore inibi Deo seruitutis, de fructibus, redditibus & prouentibus singularum prædictarum singulis congruis portionibus, de quibus iidem Vicarij congrue sustentari, episcopalia jura & alia sibi incumbentia onera valerent supportare nihilominus referuatis. Vosque Ecclesias præfatas vnionis, annexionis & incorporationis prædictarum vigore fuistis pacifice assecuti. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat. Monasterium præfatum in quo magnæ hospitalitates obseruari consueverunt, propter guerrarum turbines quæ partes ipsas diuicius afflixerunt, & varia alia inconuenientia in suis facultatibus plurimum diminutum existat, vosque multa subire habeatis onera expensarum, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vestris & eiusdem monasterij necessitatibus in præmissis consulentes, pro huiusmodi oneribus supportantis vobis quid cedentibus vel decedentibus dictarum Ecclesiarum perpetuis vicariis vel vicariis ipsas aliàs quomodolibet dimittentibus easdem vicarias. Quarum quadraginta per idoneos Monachos dicti monasterij, cuius ducentarum & quinquaginta marcharum argenti fructus redditus & prouentus secundum communem estimationem & valorem annuum vt assertis non excedunt, aut presbyteros sæculares facere gubernari possitis concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos vobis pro huiusmodi oneribus supportandis de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati vobis vt cedentibus vel decedentibus dictarum Ecclesiarum perpetuis vicariis quæ nunc sunt vel vicariis ipsas alias quomodolibet dimittentibus. Vos easdem vicarias per idoneos dicti monasterij aut presbyteros sæculares ad nutum Abbatis eiusdem monasterij pro tempore existentis ponendos & amouendos ac monachos huiusmodi ad claustrum ipsius monasterij reuocandos qui parochiarum dictarum Ecclesiarum animarum curam gerant, & domino inibi deseruiant laudabiliter in diuinis regi facere omnesque huiusmodi fructus redditus & prouentus dictarum vicariarum in vsu vestros ac supportationem onerum prædictorum conuertere & etiam deputare diocæsani loci vel cuiuscunque alterius licentia super hoc minimè requisita, liberè ac licitè valeatis quibuscunque constitutionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Volumus autem quod Ecclesiæ prædictæ debitis propterea non fraudentur obsequiis & animarum cura in eis nullatenus negligatur quodque vos Episcopalia jura solide & alia eidem Ecclesiis incumbentia onera consueta teneamini supportare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & voluntatis infringere vel ei vsu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum XVIII. Kal. Iul. Pontificatus nostri anno vndecimo.

Gratis de mandato Domini nostri Papæ
Gerlatus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. Dilectis filiis suis
Abbati & Conuentui Monasterij sancti Georgij in Prifening, ordinis S. Benedicti
Ratisbon. Diocæs. Salutem & apostolicam benedictionem. Sacræ religionis sub
qua deuotum, & sedulum exhibetis altissimo famulatum, promeretur honestas,

stas, vt vestris humilibus & honestis vocis, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitio continet, quod olim in *Gebenpach*, ac in *Nevvunkirchen* & in *Taurling* nec non in *Schambach* & in *Hembaur Ratisponen.* dioc. parochiales Ecclesie ex certis rationalibus causis prædicto vestro Monasterio & potissimè in relevamen onerum Abbati dicti Monast. & eidem Monasterio incumbentium auctoritate apostolica imperpetuum vnita, annexæ, & incorporatæ, ac in eis singulæ perpetuæ vicariæ institutæ canonice fuerunt. Et pro perpetuis vicariis pro tempore Dño inibi seruituris de fructibus redditibus, & prouentibus, singularum Ecclesiarum prædictarum singulis congruis portionibus, de quibus, iidem vicarij congrue sustentari & Episcopalia iura persoluere, & alia sibi incumbencia onera valerent supportare, nihilominus reseruatis. Et deinde postquam Abbas vnionis & incorporationis earundem vigore tunc & Conuentus dicti Monasterij possessionem pacificam ipsarum Ecclesiarum fueratis assecuti pro parte vestra quondam *Bonifacio IX.* in sua obedientia de qua partes illæ tunc erant nuncupato exposito quod Monasterium præfatum in quo magnæ hospitalitates obseruari consueuerant propter guerrarum turbines quæ partes ipsas diuitius afflixerunt & varia alia incumbencia onera in suis facultatibus diminutum extiterat, ipsique multa subire haberent onera ac pro parte nostra dicto *Bonifacio IX.* nuncupato humiliter supplicato vt eiusdem Monasterij incumbentibus necessitatibus, in præmissis consulentes pro huiusmodi oneribus facilius supportandis quid cedentibus, vel decedentibus dictarum Ecclesiarum, perpetuis vicariis vel vicariis ipsas alias quomodolibet dimittentibus vicarias per idoneos Monachos dicti Monasterij aut presbyteros sæculares facere gubernari possit concedere dignaretur. Ipse *Bonifacius XI.* nuncupatus vestris in ea parte supplicationibus inclinatus, vobis quid cedentibus, vel decedentibus, dictarum Ecclesiarum perpetuis vicariis qui tunc erant, vel vicariis qui tunc erant, vel vicariis ipsas alias quomodolibet dimittentibus ipsi easdem vicarias per idoneos Monachos dicti Monasterij aut presbyteros sæculares ad nutum Abbatis eiusdem Monasterij pro tempore existentis ponendos & amouendos, ac monachos dicti Monasterij ad claustrum huiusmodi reuocandos qui parochianorum dictarum Ecclesiarum animarum curam gererent & domino inibi deseruirent laudabiliter in diuinis regi facere, omnesque fructus redditus & prouentus dictarum vicariarum in suos vsus & supportationem onerum prædictorum, conuertere possitis per suas litteras indulget, prout illis quarum, tenores haberi volumus pro expressis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem, petitio subiungebat licet vos vigore vnionis huiusmodi Ecclesias ipsas pacificè possideritis, nihilominus quia causantibus variis sinistris euentibus vicariæ ipsæ, vel reliquæ ipsarum, non per vicarios amouibiles sed perpetuos etiam aliquando per Abbatem, pro tempore & conuentum Monasterij huiusmodi non institutos vel præsentatos gubernatæ fuerunt & occurrente illarum vacatione tam expectantibus quam, aliis diuersimodè prouisum fuit. Propter quod in Romana curia & alibi materia quæstionis orta est vos dubitantes litteras præfatas quo ad ponendum & amouendum vicarios eosdè à præfatis vicariis quarum sexaginta ac Monasterij prædictorum ducentarum, quinquaginta Marcharum argenti fructus redditus & prouentus secundum communem estimationem valore annuè excedunt in futurum vobis minimè suffragari. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vos & Monasterium vestrum nec non litteras huiusmodi in pristinum ac in eum statum in quo antequam vicariæ ipsæ vt profertis collatæ & possessæ forent quomodolibet eratis licet &

ipsa littera existebant restituere & reponere, quodque cedentibus vel decedentibus modernis vicariis dictarum Ecclesiarum seu illas quomodolibet dimittentibus vicarias predictas per monachos dicti Monasterij aut presbyteros saeculares ad nutum Abbatis remouibiles iuxta formam dictarum litterarum gubernari facere possitis concedere nec non vnioni annexioni & incorporationi praedictum *Bonifacium* factis & litteris praedictis robur apostolicae confirmationis adicere aliasque in praemis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, vos & Monasterium vestrum ac litteras praedictas in pristinum statum & in eum in quo antequam vicaria ipsa vt praefertur collata & possessa forent quomodolibet eratis & existebant auctoritate apostolica tenore praesentium restitimus, reintegramus & reponimus. Et nihilominus vobis quod cedentibus & decedentibus modernis vicariis dictarum Ecclesiarum seu illas quomodolibet dimittimus vicarias praedictas per monachos dicti Monasterij aut presbyteros saeculares ad nutum Abbatis remouibiles iuxta formam dictarum litterarum, regi & gubernari facere possitis eadem auctoritate indulgemus. Praeterea ad habundantiorem cautelam, vnionem annexionem & incorporationem nec non concessionem, praedictum *Bonifacium*, factas & litteras praedictas ac omnia & singula in eis contenta & concessa, eadem auctoritate confirmamus & approbamus ac praesentis scripti patrocinio communimus suppletentes omnes defectus si forsitan qui interuenerint in eisdem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis atque nostris, illa praesertim per quam voluimus quod semper in vnionibus commissio fuit ad partes vocatis quorum inter est, alioquin vnio non valeret, Et idem voluimus obseruari in confirmationibus vnionum iam factarum nec non statutis & consuetudinibus Monasterij & ordinis praedictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis ac omnibus illis quae dictus *Bonifacius IX.* in praefatis suis litteris voluit non obstare ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae restitutionis, reintegrationis, repositionis, concessionis, confirmationis, approbationis, communicationis & suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignatione omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum *Mantuae*, Anno incarnationis Dominicae Millesimo quadringentesimo LIX. Decimo octavo Kln. Iulij Pontificatus nostri anno primo.

ABBATES PRUVENIN- GENSES.

- I. **ERMINOLDVS** eligitur mense Augusto, an. M. C. XIV. ordinatur. in Abbatem solemniter consensu & rogatu *Hertovici* Episcopus *Ratisp.* ab *Vdalrico* Episcopo *Pataviens.* anno M. C. XVII. obiit anno 1121. VIII. Id. Ianuar.
- II. **ERBO** a *S. Ottono* ex Monasterio sancti *Georgij* in nigra sylua. vocatus *Erminoldo* successit praefuitque annis 42. obiit in festo sancti *Vdalrici* anno 1162.
- III. **GOTTFRIDVS**, ob. an. 1163. in Quadragesima.
- IV. **EBERHARDVS**, ob. an. 1168.
- V. **ERBO II.** electus, in Quadragesima ann. 1168: resignauit Abbatiam ann. 1187.

VI. **PALD-**

- VI. PALDWINVS à monte S. *Georgij*, vbi iam erat Abbas, reuocatur ad regimen, & moritur an. 1193, in festo S. *Ceciliae*.
- VII. RVDGERVS finiente anno 1207. defunctus.
- VIII. HARTMANNVS resignauit abbatiam an. 1233.
- IX. HEINRICVS Prior de S. *Petro* in *Salzburg*. resign. an. 1235. eique *Celerarius* S. *Emmerammi* successit.
- X. RVDGERVS II. abbatiam resignauit an. 1241. in exaltatione Sanctæ *Crucis*.
- XI. ERNESTVS de *Mallerstorff*. Hastenus ex membrana peruetusta.
- XII. WERNERVS I.
- XIII. FRIDERICVS ob. 4. Non. Decemb. an. 1280.
- XIV. WERNERVS II.
- XV. BRVNO.
- XVI. VDALRICVS I. ob. an. 1314.
- XVII. CVNRADVS ob. an. 1333. pater centum & septem annorum.
- XVIII. ALBERTVS I. ob. an. 1336.
- XIX. VDALRICVS II. ob. an. 1349.
- XX. WERNHERVS III. ob. an. 1356.
- XXI. ALBERTVS II. ob. an. 1365.
- XXII. VDALRICVS III. ob. an. 1391.
- XXIII. RVDGERVS III. ob. an. 1401.
- XXIV. IOANNES I. ob. an. 1414.
- XXV. ALBERTVS III. ob. an. 1432.
- XXVI. HEINRICVS I. ob. an. 1433.
- XXVII. Not. suspicamur fuisse *Brunonem*, eius nominis II. seorsim in charta vetausta.
- XXVIII. VDALRICVS IV.
- XXIX. IOANNES II.
- XXX. GEORGIVS I. ob. Non. May. an. 1458.
- XXXI. FRIDERICVS II. ob. an. 1463.
- XXXII. IOANNES III. ob. an. 1468.
- XXXIII. IOANNES IV. depositus an. 1490. ob. an. 1522.
- XXXIV. GEORGIVS II. obiit ann. 1525.
- XXXV. MICHAEL ob. an. 1529.
- XXXVI. VDALRICVS V. ob. an. 1559.
- XXXVII. GEORGIVS III. ob. an. 1565.
- XXXVIII. HIERONYMVS ob. an. 1575.
- XXXIX. DAVID, ob. an. 1582. 14. Kal. Augusti.
- XL. GEORGIVS IV. ob. an. 1606.
- XLI. IOANNES V. ob. an. 1619. die 28. Iunij.
- XLII. LVCAS.

NOS soror *Elisabeth* permissione diuina Abbatisa, totusq; Conuentus sanctimonialiū in *Pulenhonē*, Ord. *Cister. Ratisp.* Dioc. notū facimus præsentium inspectoꝝ. vniuersis, quod cū causaremur nobis per Magnificū Principē D. *Ludouicū* Iussrem Comitem. Palatinum *Reni* Ducem. *Bauariae* quiddam deberi in bonis viri nobilis quondam *Alberti Linzmanni* in recompensam eius si quid exinde fuit nobis debitum, accedente consensu Illustrium filiorum suorū *Ludouici & Rudolphi*, duas piscarias suas in *Tierfurtrn* cum pertinentijs suis, cultis & incultis, quectis & inquirendis, exceptis hominibus, donauit & tradidit à nobis iure

jure proprietatis perpetuo possidenda, & nos Abbatisa & Conuentus renun-
ciamus, cessimus & cedimus pro nobis & eis qui nobis successerint versa vice,
omni iuri & actioni, si qua nobis de iure vel factō contra ipsum vel hære desu-
os in bona *Linzmanni* competierunt vel competunt memorati, & petioni eius
quod nobis in receptione *Alhardis de Diezzen* fuerat promissum. In cuius
rei testimonium præsentis damus nostri sigilli robore communitas. Datum in
Pulenhouen, Anno Dñi M. CC. LXXXVI. IV. Idus Iunij.

Der Abbtissin von Pulnhofen bestättung ihrer Brieff vnd Freyheit.

In Gottes Gnaden wir Albrecht Pfallensgraue bey Keyn Herkog in Bayern
vnd Graue zu Vohburg / 2c. Bekennen vnd thun kunt öffentlich mit dem Brieff
das für vns kommen ist die würdige vnser liebe andächtiger vñ getrewe Abbtissin des
würdigen vnser Gottshaus zu Pulenhouen vnd hat vns als iren natürlichen Erbherin
vnd Landesfürsten von iren vnd ired Conuents wegen diemittlichen angeruffen vnd
gebetten das wir geruchen ihn vnd ihrem Gottshaus ir Handueß / Gnad / Freyheit /
gut gewonheit vnd altes herkommen die iren benent Gottshaus von vnsern Vorvordern
König Ludwigen / vnd Marggraf Ludwigen von Brandenburg vnd zu Lufiz sält-
ger vnd löblicher Gedächtnus gegeben sein gnediglich zu Confirmiren vnd zubestät-
ten / vnd vns des also drey Brieff fürbracht vnd hören lassen / vnd hebt sich der erst
also an. Ludwid von Gottes Gnaden / zu allen zeiten mehrer des Reichs allen getrewen
des heiligen Römischen Reichs ewiglichen 2c. vnd ist geben zu Regenspurg an der zeh-
denkalend in dem Augsten do man zalt nach Christi Sepure tausent dreyhunder jar / vnd
vnd in dem achtzehenden jar / vñ in dem fünfften jar seines Reichs / So hebt sich der ander
also an. Wir Ludwig von Gottes gnaden Römischer König zu allen zeiten merer
des Reichs / vnd ist geben zu Regenspurg des Freytags vor Sant Jorgen tag da man
zalt von Christi geburt dreuzehenhundert Jar darnach in dem fünff vnd zwainzigsten in
in Ainften Jar seines Reichs / So hebt sich der dritt also an. Wir Ludwig von Gottes
gnaden Marggraf zu Brandenburg vnd zu Lufiz 2c vnd ist geben zu Regenspurg den
Drewochen in den Pfingsten nach Christi geburt dreuzehenhundert Jahr darnach in
zwey vnd fünffzigsten Jare / vnd nach dem wir benanten Abbtissin diemittigs anruffen
für zimlich vnd peelich erkennen / vnd auch all vnser tag darzu genaigt gewesen vnd noch
sein den fustreiten vnserer voruoren sältigen in allen guten vnd loblichen dingen nach zu
folgen hierumb auß wolbedachten mut vnd rechter wissen / so haben wir der vorgenant
Abbtissin ire Conuent vñ Gottshaus zu Pulenhouen die vorgenanten ir brieff vñ hand-
ueß / vnd alle ir alt gut gewonheit vnd recht gnediglich Confirmirt vnd bestät confirmirt
vñ bestätten in auch die wissenlich in krafft des Brieffs / also das si vnd ir Gottshaus vñ
vns vñ allen den vnsern darā vñ darwider nit fürgenossen noch beswere werde solle / vnd
wir gebieten darauß allen vnd seglichen vnsern Disdumben / Hauptleuten / Pflegen /
Richtern / vnd andern vnsern Ambtleuten wie die genand seyn / das ir das obgenant vn-
ser Gottshaus zu Pulnhouen bei solcher vnser Gnad omb bestetungen gutlichen hale-
lett vnd betreiben lassen / auch souer ir müge nyegemant bestattet der si dawider laidig oder
beswäre in dhein weise bei vnsern hulden zubehalten / des zu vt kunt haben wir vnser Zin-
gel an den Brieff tun hangen vnd geben zu Manchen an Suntag nach aller heiligen
Tag / do man zehlet nach Christi vnser lieben Herrn Sepure vierzehnhundert vnd im
neun vnd fünffzigsten Jare.